J. SANDRART

ROMAE ANTIQUAE ET NOVAE


ROMÆ ANTIQUÆ
ET NOVÆ
THEATRUM
ILLUSTRATUM.
Deß Alten und Neuen
Roms
Grosser Schau-
platz
Worinnen dessen fürtreff-
lichste Gebäue Vor-
gebildet sind.

J. Franck sc.

ROMÆ ANTIQVÆ
ET
NOVÆ.
THEATRUM.

Sive

Genuina ac vera Urbis, juxta varios ejusdem ſtatus,

DELINEATIO TOPOGRAPHICA:

Vnà cum primariis Illius ædificiis ac monumentis, veluti *Templis, Simulacris, Circis, Campis, Theatris, Arcubus, Porticibus, Columnis, Statuis & ſepulcris antiquis, præcipuè verò modernis Templis, Palatiis & ædificiis,* nonaginta Tabulis æneis exhibitis

&

Secundùm nobilioris Architecturæ ſimulac Perſpectivæ Regulas extructis, ruinisque illuſtrioribus.

CVRANTE

JOACHIMO à SANDRART,

Sereniſſimi Principis Neoburg. Conſiliario,

Equite S. Marci, & Carpophoro.

Frugiferum nunquam miſſura virorem.

Der Gemeinnützige.

NORIMBERGÆ,

Typis Chriſtiani Sigismundi Frobergii, ſumtibus Autoris.

Anno CHRISTI, M DC LXXXIV.

Nobilissime Architectonices Cultor !

HOc opus Tibi, ingeniosè ab antiquis Græcis inventa Architectonices genera, quæ ipsimet Romani post in Italiam transtulêre, iisque ad eorum Templa, ædificia, Amphitheatra, Palatia æternaque & admiranda ad opera magnis sumptibus & Laboribus usi fuêre, sistit.

Non solum quidem Veteres, verùm etiam Orbis hujus Præpotentes Magnates quidam à centum & quinquaginta hinc annis totam ferme Italiam, Romam, & ejus confinia præprimis multis majestaticis & splendidis ædificiis, ad memoriam eorum sempiternam sic ornavêre, ut Academia hinc nobilissima Architecturæ, ad summum, quod dicunt, culmen perductæ meritò nominari possit. Ast, cum cuivis hujus Artis studioso, ejusmodi adire Loca, eaque ipsismet oculis usurpare, datum non sit, hinc ei quadraginta sex antiquas, quadraginta itidem & tres recentiores æri perfectissimè incisas figuras communico. Mea ex parte hoc opere honorem haud aucupor, eum tot celeberrimis Architectis, quorum Nomina ubique fermè apposui, relinquendo, contentus, si tam gravi & fermè decrepita ætate (octavum enim jam supra septuagesimum annum ago) inexpertis, curiosis tamen hujus artis cultoribus inservire possem. De cœtero candidis saltem, & DEO præpotenti imprimis placere gestio. Vale.



THEATRUM ROMÆ ANTIQUÆ ET NOVÆ.

I. Originis Romanæ Emblema.

Quoties primam intueris figuram, CURIOSE LECTOR, toties primam Romæ originem vides; sub Emblemate *Lupæ*, in Capitolio adhuc extantis, ex ære fusæ, cum gemellis, *Romulo & Remo*, ad ubera admissis, opere antiquissimo. Sequuntur

RUINÆ IPSIVS URBIS,

Sive artificiosissima quædam vastatæ irruptione hostium & injuriâ temporis Romæ delineatio: in quâ Ædificia illi' præclarissima, statuarumque nobilissimarum fragmenta, pulcherrimo illo à Capitolio ad Montem usque Palatinum exporrecto tractu prostrata jacent, tumultuario quasi lapsu confusis nunc æreis nunc marmoreis mutua subinde collisione adhuc decertantibus monumentis: cùm hâc inscriptione:

ROMA QUANTA FUIT? IPSA RUINA DOCET!

II. Ichnographia Romæ Veteris.

Hanc tabulam excipit egregia *Romæ Veteris ichnographia*, è palatiis residuis, ruinis primariis, Autorum classicorum testimonio, numismatum antiquiorum autoritate, aliorumque monumentorum, partim æneorum & plumbeorum, partim lapideorum & figulinorum indubitata fide collecta, & à Pyrrho Ligorio, pictore clarissimo Romano, juxta quatuordecim illas, in quas Augustus Urbem divisit, regiones in hanc tabulam digesta.

III. Monumentum Horatiorum & Curiatiorum.

Inter omnia priscorum monumentorum vestigia, antiquiorem vix invenies structuram, quàm quæ hîc oculis subijcitur, *Horatiorum & Curiatiorum Tumbam*, in perpetuam celebratissimi illorum certaminis memoriam, erectam. Hanc, quoniam typis publicis nondum vulgata est, & rarioribus tamen maximéque memorabilibus antiquitatis characteribus minimè caret, è vivo hîc delineare prospectu non sum dedignatus. Conspicitur autem, arbustis quidem cumulatissima, è duro tamen lapide tribus apicib' prominula, in Albano tractu.

Insula Tiberina.

Unde originem traxerit, *Insula Tiberina*, Dionysius edocet l. 5. his propemodum verbis: *Junius Brutus & P. Valerius bona Tyrannorum populo diripienda dederunt, agrum, quem illi privatim possederant, inopibus ex plebe diviserunt, uno tantùm campo excepto, qui situs est, Urbem inter, & fluvium. Is jam ante Marti sacer erat, pratum equis, & juventuti in armis exercendæ accommodatum. Id Tarquinius contemta religione suis oppleverat segetibus, sicut satis apparet ex decreto Consulum de ejus frugibus. Cum enim omnia Tyrannorum bona agenda, ferendáque permisissent populo, quicquid frumenti erat in ejus campi areis, vel in stipula, vel tritum jam, non permiserunt avehi, religione vetante, jusseruntq; totum effundi in Tiberim. Et nunc quoque ejus facti manet monumentum, benè magna Insula, sacra Æsculapio, cincta flumine, consecrata (ut fertur,) è frumenti acervis putrescentibus, & paulatim aliis, quæ temerè fert flumen, eodem invectis, facta est auctior.* Hæc Dionysius. Ista autem Insula in *navigii formam* dein-

ceps redacta; domibusque atque templis, ædificiisque aliis, prout adhuc extat, exculta fuit.

IV. Simulacrum Osiridis.

Statuam hanc è nigro lapide, *Osiridis*, an *Isidis*, ad antiquissimas pertinentē superstitiones, Romæ Patres Dominicani, qui ad Minervam, effossis pro novo suo cœnobio fundamentis, è terra eruerunt, Antonio Barberino Cardinali, Patrono suo maximo, dehinc dono missam. Idolo *sacerdos* adstat, ab utroque latere exhibitus, cum *arâ*, in qua *duo gutti*, cum duabus *mergitibus*, ínque medio calathus *pane*, *pomisque* repletus, & paulò infrà *vasculum* adhuc aliud, liquore quodam plenum. Ab ara, ut & è manibus Sacerdotis, brachiísque ejusdem *frondes* dependent, *florésque* nonnulli, & animalia quædam aquatica cum *loto Nilotica*, sex *anatibus* & duobus *piscibus*. Juxta Philosophiam enim Ægyptiorum, humor genialis omnium rerum statuitur esse causa, quod & Plutarchus, Homerus, & Thales ita confirmabant. *Sacerdos* autem hic *nudus* adstat, nudisque pedibus, ab umbilico ad genua usque *bysso cinctus*, in capite *tiaram gestans*, *Nisi plumis* decoratam, quod avis hęc Osiridi sacra esset.

V. Capitolium.

Figura hæc *Capitolii* exhibet *structuram*, in antiqua sua magnificentia, cum templis, ædificiis, murísque ibidem quondam repertis.

VI. Columna rostrata.

Columna hæc in hodiernum usque diem in Capitolio conspicitur *marmorea*, muro inclusa; eámq; Senatus Romanus *Cajo Duillio* erexit, qui primus à Pœnis victoriam reportaverat navalem. Columnam rostratam excipit *Miliarium aureum*, quod columna fuit in capite fori Romani sub Saturni æde, propè arcum Septimii; in qua omnes Italiæ viæ incisæ finirent, & à qua ad singulas portas mensuræ regionum currerent.

Miliarium.

Horologium.

Adjectum porrò est *Horologium*, quod olim in Campo Martio insigne extitit, septem habens gradus circum, & lineas distinctas metallo inaurato. Solum enim campi, eo loco, ubi horologium istud fuit, lapide amplo quadrato stratum erat, habebátque non solùm lineas prædictas, sed & in angulis *quatuor ventos*, cum inscriptione, ut Boreas spirat. Meminitque Plinius, *ab Augusto* Imperatore illud horologium conditum fuisse.

Meta sudans.

Porrò *Meta sudans* sequitur, cui locus fuit ante Arcum Constantini & Amphitheatrum, extantibus hodie saltem reliquiis quibusdam. *Sudans* autem dicebatur, ob erumpentem è summitate ejus magnam undarum vim, quæ circumcirca delapsæ, cúmque insigni spectantium voluptate amœno exceptæ lacu illorum potissimum levabant sitim, qui ludis ibidem gladiatoriis, conclusarúmq; ferarum venationibus erant defatigati.

VII. Campus Vaccinus.

Area hæc communiter *Vaccinus* dicitur *campus*, quasi *Forum* innueretur *Boarium*. Situs ejus Capitolium respicit & Amphitheatrum Titi Vespasiani: noménque habet, vel à Bove quodam æneo, ibidem quondam posito; vel à Bobus atque vaccis hoc in foro divendi solitis.

Palatium Cæsareum.

Infra Palatium exhibetur *Cæsareum*, à monte Palatino sic denominatum. Primò enim à *Romulo*, deinde à *Tullo Hostilio* habitatus est hic mons; fuitque ibidem sedes Imperii Romani, & domus Augusta: Ab Octavio enim *Augusto* deinceps omnes Romani Imperatores in hoc Palatio habitaverunt.

VIII. Circus maximus.

Locus hic exhibendis ludis dedicatus primus extructus est à *Tarquinio Prisco*, quinto Romanorum Rege; cum deinde præter hunc Circum, qui maximus vocabatur, etiam alii progressu temporis extruerentur quorum P. Victor *octo vel novem* fuisse dicit. Dictus autem est Circus, quod in circuitu spectaculis ædificatis ludi ibi fierent, & quod illic circum metas ferretur pompa, & equi currerent. Locus de hoc insignis est apud Dionysium lib. 3. cujus circiter verba: *Tarquinius Priscus in Circo, maximo inter Palatinum & Aventinum montes sito, primus circumquaque operta tecto fecit sedilia; nam antea stantes spectare solebant, furcis tabulata sustinentibus. Locos spectaculorum in triginta curias distribuit, ut Curialium quisque suo loco spectaturus sederet: quod opus & ipsum procedente tempore anumerandum erat inter spectacula totius Urbis pulcherrima. Longitudo enim ejus est trium stadiorum, cum dimidio; latitudo quatuor jugerum. A duobus majoribus lateribus & uno minore cingitur Euripo, qui aquas recipiat decempedali profunditate simul & latitudine. Post Euripum extructæ sunt triporticus: imæ habent lapidea paulum scandentia (sicut in theatris) sedilia: super duplici contignatione sunt lignea. Duas majores porticus tertia minor conjungit transversim lunatâ specie apposita, ut è tribus una conficiatur amphitheatralis octo stadiorum amplitudine, &c. centum quinquaginta millia hominum. Reliquum è minoribus latus, quod subdiale est, fornicatos habet carceres, unde equi emittuntur, omnes uno clauso repagulo. Externè ambit Circum simplex contecta porticus habens officinas & supernè cellas, per quas spectatores intrant & ascendunt, per officinas singulas, ut nulla confusio exoriatur, inter tot hominum millia, tum venientia tum discedentia.* Hæc Dionysius.

Hodiernam magnificentissimarum harū structurarum faciem, injuriâ tam diuturni temporis nimium quantum immutatam præsens exhibet ad vivum expressa delineatio.

IX. M. Curtii Vorago.

Cùm per triennium Romæ tantopere grassata esset pestis, sublato tum & Camillo; ut magna periret & hominum & bestiarum multitudo: inque mediam Fori partem vasto ac repentino hiatu terra subsideret; re-

spon-

ſponſúmque eſſet, eâ re illum tantummodo compleri poſſe, qua Populus Romanus plurimum valeret: Curtius & animi & generis nobiliſſimus adoleſcens, interpretatus, Urbem hanc Virtute armíſque præcipuè excellere, militaribus inſignibus ornatus, equum conſcendit, eumq; vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit: ſuper quem univerſi cives honoris gratia certatim fruges injecerunt, continuóque terra priſtinum habitum recuperavit. Eodemq; in loco rotunda dehinc in perpetuam illius gloriam extructa eſt Ædes, quam hîc oculis ſubiicimus.

Templum Antonini & Fauſtinæ.

Haud procul à pacis Templo *Templum* extat *Antonini & Fauſtinæ*, quod Romanorum more Conſecratione ſolitá in Divorum relati eſſent numerum, conſtitutis ipſis & Sacerdotibus tam Saliis, quàm Antoninis. Facies Templi hujus columnata eſt picnoſtylos. Terra ipſa ſenſim elevatur quaſi ad tertiam altitudinis columnaris partẽ, qua dimenſuratur Porticus: dehinc per gradus aſcenditur. Baſis columnarũ ultra medietatem craſſior eſt, quàm Capitulum foliatum, quod Antiqui non in his tantum Baſibus, ſed & in ſtylobatis obſervarunt; eò quod partes ſtructurarum, quò ſunt Terræ propiores, eò majorem requirant craſſitiẽ. Baſis columnarum erat Attica: Capituli autem folia oleaginea. Epiſtylium, Zophorus & Coronis quartam & tertiam quadrantis columnaris partem adæquant. In Epiſtylio hæc adhuc legitur Inſcriptio:

DIVO ANTONINO ET
DIVÆ FAVSTINAE EX S. C.

In Zophoro Gryphes etiam apparent, obverſis vultibus pedem anteriorem ad candelabrum applicantes. Trabeatio & Denticulis caret & Mutulis; ſed inter Coronam & Faſciam Denticulorum, Echinum habet ſatis grandem. Intra templum aliqua fuiſſe ornamenta haud apparet: Conſideranti tamen mihi iſtorum temporum magnificentiam viſum fuit aliqua & illic extitiſſe; unde pro ſtatuis ſpatia ibidem reliqui. Atrium etiam fuit Templo huic è Lapide Pipernino, cujus Periſtylium, porticui ipſius Templi appoſitum arcus habebat circum circa columnatos pulcherrimos, cum ornamentis aliis plurimis, de quibus tamen omnibus nihil hodie extat amplius. Ad latera Templi porticus pariter erant, ſed non columnatæ: in medio autem atrio ſtatua Antonini poſita erat Equeſtris ænea; quæ adhuc hodie in Area Capitolii Romæ conſpicitur.

X. Arcus L. Septimii Severi.

Arcum hunc triumphalem è marmore candido ad radices Capitolii Senatus conſtituit *L. Septimio Severo*, prout locum hunc in Roma noſtra tam antiqua quàm nova clarè ſatis notavimus. Opus ipſum ad hæc usque tempora adhuc quaſi integrum perſiſtit, quamvis ex aliorum operum ſpoliis quadantenus concinnatum: inter quæ etiam Sculpturæ anaglyphicæ ab omni parte plurimæ, hinc inde elegantiſſimæ. Maxima etiam hujus Arcûs pars ultra ſtylobatas usque, terreno obruta eſt aggere, cujus licet majorem partem ad faciliorem operis dimenſionem multa cura amoveremus, ad baſin tamen ſtylobatæ, ob nimiam Ruinarum molem penetrare non potuimus. Architectura illius, ordinis eſt compoſiti: & Sculpturæ res geſtas hujus Imperatoris adumbrant, ſed leviore ſtudio quædam, ut & errores hinc inde obſerventur, & proinde accuratiore deſcriptione illas non cenſuerim dignas. Inſcriptio majuſculis literis ſequentium eſt verborum:

IMP. CÆS. LVCIO. SEPTIMIO. M. FIL. SEVERO. PIO. PERTINACI. AUG. PATRI. PATRIÆ. PARTHICO. ARABICO. ET. PARTHICO. ADIABENICO. PONT. MAX. TRIBVNIC. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. PROCOS. ET. IMP. CÆS. M. AVRELIO. L. FILIO. ANTONINO. AVG. PIO. FELICI. TRIBVNIC. POTEST VI. COS. PROCOS. P. P.

OPTIMIS. FORTISSIMIS. QVE. PRINCIPIBVS. OB. REMPVBLICAM. RESTITVTAM. IMPERIVM. QVE. POPVLI. ROMANI. PROPAGATVM. INSIGNIBVS. VIRTVTIBVS. EORVM. DOMI. FORIS. QVE. S. P. Q. R.

XI. Columna Trajani.

Hanc columnam *Trajanus* Imperator, in memoriam geſtorum *in Dacia* bellorum è candido marmore totam erexit; quæ licet è pluribus compoſita ſit partibus, tam concinnè tamen coagmentata eſt, ut ex uno confecta lapide dici queat. *Ordo* hic obſervatus eſt *Doricus*, cum cochlea in interioribus, per quam aſcenſus patet atque deſcenſus: extrinſecus autem cum ſculpturis elegantiſſimis, quæ egregio artificio omnes referunt victorias atque triumphos, quos Imperator hic ab hoſtibus reportavit plurimos. Inſcriptio autẽ talis eſt.

S. P. Q. R.
IMP. CÆSARI. NERVÆ. F. NERVÆ. TRAJANO. AVG. GERMANICO. DACICO. PONT. MAX. TRIB. POT. XVII. COS. VI. P. P. AD. DECLARANDVM. QVANTÆ. ALTVTIDINIS. MONS. ET. LOCVS. SIT. EGESTVS.

Forum enim hoc loco Apollodori opera extruxerat Imperator, magnificentiſſimum, circa quod porticus excurrebant columnis pulcherrimis diſtinctæ, cum ſtatuis, equorum ſimulachris, trophæíſque variis, ínque medio hoc foro iſtam locaverat columnam; cui deinde & *arcus adjectus* eſt.

XII. Templum Iani.

Quod Jani Templum vulgò vocatur, Porticus quædam potius eſſe videtur, ſub quâ Mercatorum, olim, prout majoribus in Urbibus hinc inde moris eſt, fuerit congreſſus. Extat autem in foro Boario ſive campo Vaccarum, quatuor habens Portas ſibi invicem oppoſitas, prout appoſita refert figura. Diſtantia columnarum eſt viginti duorum pe-

dum Romanorum Antiquorum. Circumcirca quadraginta octo sunt scaphæ in pariete, quarum sedecim tantùm statuas capere possent, reliqua non nisi loculamenta sunt minùs profunda. Distincta fuerunt eadem columnis parietinis Jonicis, quæ suis tamen ornamentis hodie plerumque sunt destitutæ. Projectio coronamentorum interior propterea omissa videtur, ne transeuntibus esset impedimento. Trabeationem delineando potius quàm dimensurando exprimere volui, prout ex ipsa figura patet. Non tamen abs re est, quin Jani hîc in vicinia quoque extiterit Templum Quadrifrontis, extructum à Numa Rege, Belli temporibus apertum, Pace verò suborta claudi solitum. Nec desunt Antiquarii, qui hoc ipsum opus Templum fuisse Jano dicatum instar porticûs quadrifrontis ex eo contendunt, quod & Augusti numisma simile exhibeat templum quadratum, cum Jano quadriformi desuper eminente. Quamvis enim Janum bifrontem saltem expresserit ex ligno Romulus, & ex ære Numa, ad denotandam illius prudentiam, qua præterita considerando futuris consulere soleret: postquam tamen captis Phaleriis, civitate Tusciæ, Numa eundem invenisset quadrifronte simulacro, Romamque transtulisset; majori deinde veneratione coli cœpit; perque omnes Urbis Regiones è diversa materia ita confieri. Istoque quadruplici vultu quatuor Anni tempora ab illis videntur fuisse denotata. Adde quod Donatus etiam & Nardinus in descriptione Antiquitatum Romanarum Jani templum transitorium appellent & quatuor frontium. Structuram autem antiquam, quam nunc magna ex parte collapsam dirutámq; videmus, è Sculptura quadam vetere simâ huc apponere similiter voluimus.

XIII. Templum Romuli & Remi.

Structura illa, quæ *Templum Romuli & Remi* dicitur, in Via Sacra extitit, & temporibus Alexandri VII. Pontificis Romani, qui eandem renovatione dignatus est, hanc faciem habuit, quam præsens exhibet figura. Cœterum à Felice IV. SS. Cosmæ & Damiano dedicata est. Antiquarii autem Romulo saltem Templum extructum esse norunt, sub Quirini nomine, in colle Quirinali. Quod autem Romuli & Remi dicitur, id *Romæ dedicatum* fuisse alii volunt, quod reperta ibidem fuerit ejusdem Urbis imago insculpta in marmore.

Templum Pacis.

Templi Pacis vestigia propè Templum S. Mariæ Novæ, in via Sacra, adhuc conspiciuntur: illúdque Scriptores ea loca occupasse dicunt, ubi Curia Romuli & Hostilia, Domus Mœnii, Basilica Portiæ, Domus Cæsaris & Porticus Liviæ steterant; quam *Augustus*, sublata Cæsaris Domo, extruxit, & nomine uxoris suæ *Liviæ Drusillæ* insignivit. Cœptum autem est templum hoc ab Imperatore Claudio, & finitum est à Vespasiano utroque, postquam è Judæa rediissent victores; ita ut, Hieronymo teste, omnia quoque vasa & ornamenta templi Hierosolymitani, quæ in celebri illo triumpho Titus adduxerat, huc fuerint illata. Templum hoc maximum, clarissimum, atque ditissimum totius Urbis fuisse dicitur; & quamvis reliquiæ ejus sub ruinis pleræque torpescant, insignem tamen exinde colligere licet magnitudinem, ut de gloria operis integri haud levis fieri queat conjectura. Ante introitum porticus erat triplex è coctolatere, reliquum frontispicii murus erat continuus. Porticus ipsa arcus habebat cum columnis & parastatis, quales etiam murum ornabant sua serie lateralem: supra eandem hypathrum erat columnatum, cujus columnæ singulas sustinebant statuas. Intra templum octo erant columnæ marmoreæ ordinis Corinthii, crassitie quinque pedum & novem pollicum, longitudine autem, computata simul basi & capitulo, quinquaginta trium pedum, quarum unam, quæ semisepulta supererat, Paulus V. Pontifex erui & reconcinnari jussit, deindéque asportari ad locum è regione Basilicæ S. Mariæ Majoris, superimposita D. Virginis imagine. Epistylium, Zophorus & Coronis altitudine exæquabant decem pedes cum dimidio, istiúsque beneficio trabeationis fornix templi sustinebatur: Basis istarum columnarum medietate diametri columnaris altior, quin & tertiâ altitudinis parte crassior erat, ut melius ita ferri posset superimpositum onus; plinthus autem sextam diametri columnaris partem exæquabat. Epistylium, Zophorus & Coronis Sculpturas habebant elegantissimas, & præ cæteris Cymatium Epistylii, quod singulari nitebat decore: Coronidi autem mutuli erant per totam Fasciæ seriem; dispositis inter mutulos rosis in quadruplici replo; prout & in aliis structuris antiquorum observavi. Refert Herodianus, Imperatore Commodo nocturni casu fulminis hoc templum deflagrasse: cujus præter hæc, alia sunt verba: Totum de improvisò pacis templum consumptum incendio est, quod unum scilicet opus cunctorum tota Urbe maximum fuit atq; pulcherrimum, & opulentissimum: quippe universi fermè illic divitias quasi in thesaurum congerebant. Ego autem, quomodo id contingere potuerit, non video, cum ne minima quidem ligni portio ibidem haberet locum. Terræ motu autem vel alio quodam casu faciliùs destrui potuit, ut alio deinde tempore, quo Architectura non ita floruit, ut Vespasiani temporibus, iterum fuerit restitutum. Quod exinde verum esse crediderim, quoniam sculpturæ hujus operis tantâ non elaboratæ sunt sedulitate, quanta in Arcu Titi aliisque structuris accuratiori ævo erectis observatur. Cœterum non parietes tantùm

istius

istius templi statuis atque Picturis; sed & concamerationes omnes opere gypsato insigniter erant exornatæ, ita ut ne minima quidem illius pars suo careret decore singulari.

XIV. Arcus Titi Vespasiani.

Arcus hic juxta accuratissima Artis Architectonicæ axiomata elaborat', Sculpturisque omni laude dignis exornatus, in honorem *Titi Imperatoris* à S. P. Q. R. erigebatur, expugnatâ scilicet atque destructâ Hierosolymorum Urbe, subjugatâque universâ Provincia & ductis in Triumphum multis Judæorum millibus *cum toto Templi Hierosolymitani thesauro, mensâque & candelabro* illius aureis. Opus totum è candido elaboratum est marmore, eâ quantitate, quam præsens ad mensuram Romani pedis antiqui instituta delineatio præ se fert. Fornix istius Arcus in quadrata varia multa cum elegantia distinguitur, quorum id quod medio extat loco, & omnium est maximum, figuram exhibet Jovis Aquilæ insidentis. Inferiùs utrinque marmoreæ apparent sculpturæ, de candelabro & mensa Sanctuarii Hierosolymitani à Romanis militibus in Capitolium deportatis ex una: & ex altera parte de Tito triumphatore, quadrigis vecto, coronante caput ejus victoriâ. Unde *Judæi in hodiernum usque diem*, quamvis, urgente negotio, huc sæpè eos via deferat, *per hunc tamē arcum nunquam transeunt*, quæsitis potius dimidiæ horæ ambagibus: rubore nimirum suffusi ob excitatam promeritæ devastationis memoriam. Inscriptio hujus Arcus Triumphalis est subsequens:

SENATVS.
POPVLVS. QVE. ROMANVS
DIVO. TITO. DIVI. VESPASIANI. F.
VESPASIANO. AVGVSTO.

XV. Arcus Constantini Magni.

Propè *Amphitheatrum Titi Vespasiani*, (quod vulgò *Colossæum* dicitur) *Arcus* extat *Constantini Magni* è marmore candido, statuis & Sculpturâ simâ elegantissimè exornatus, quamvis vulgò à quibusdam L' Arco di Tratio appelletur. Hoc opus licet circa fundamenta terreno aggere lapidumque ruinis magna adhuc ex parte sit contectum, temporumque injuria hinc inde haud parùm attritum, insigni tamen adhuc superbit altitudine. Constructum autem dicitur ex ornamentis Arcus Trajani, quod Sculptura eo tempore admodum defecerat; Unde & Coronicis ornamenta non tam operis elegantia, quam Sculpturarum copiâ pollent. Statuæ porrò supra Coronicem Auris appositæ captivorum videntur imagines: erectus enim hic arcus erat Constantino ob victum Maxentium. Ab una autem parte interiore legitur:

LIBERATORI. VRBIS.
Ab altera:
FVNDATORI. QVIETIS.

Inscriptio summa hæc habet verba:

IMP. CÆS. FL. CONSTANTINO. MAXIMO.
P. F. AVGVSTO. S. P. Q. R.
QVOD. INSTINCTV. DIVINITATIS. MENTIS. MAGNITVDINE. CVM EXERCITV. SVO
TAM. DE. TYRANNO. QVAM. DE. OMNI.
EIVS. FACTIONE. UNO. TEMPORE.
JVSTIS. REM. PVBLICAM. VLTVS. EST.
ARMIS. ARCVM. TRIVMPHIS. INSIGNEM.
DICAVIT.

XVI. Amphitheatrum Fl. Vespasiani, vulgò Colossæum.

Inter Magnificas Imperatorum Romanorum structuras haud extrema erant eorundem Amphitheatra, quorum unum adhuc superest Romæ, quod *Colossæum* vulgo dicitur, alterum *Veronæ*; & *Polæ*, quæ Urbs est Istriæ, tertium. De Romano igitur, quod magnitudine, Artis cura, omniumque partium splendore cœtera longo post se relinquit intervallo, paucula hic recensebimus. Autor illius Vespasianus fuit Imperator, à quo insigne hoc opus fuit inchoatum, perfectum autem atque dedicatum à Tito & exornatum à Domitiano filiis. Situm autem est in medio Urbis, quo in loco jam Augustus simile quid fuerat meditatus: ejusque tam Ichnographia, quàm orthographia & interfectio cum Scenographiâ præsenti fatio exhibetur tabula; ita ut & interna luculenter pateant. Opus integrum quatuor est Ordinum, quorum imus est Doricus, alter Jonicus, tertius Corinthius, & quartus Romanus, è lapide Tiburtino: & amplitudo ejus tanta, ut 87. millia spectantium caperet. Transitus & porticus omnes à circumferentia ad centrum diriguntur. Interfectionis beneficio non tantùm area patescit, sed & Sedilia, quæ mirè sunt accommodata ad spectandum ludos, & certamina, tam gladiatorum, quàm cum bestiis pugnantium, quæ ibi ad oblectandum populum frequenter edebantur. Spectabantque primò omnes promiscuè: postea statutum fuit, ut senatores seorsim spectarent à cœtera turba, quod plebs ægrè tulit. Cuncta autem sic ordinata erant, ut si quis tardius ad spectaculum accederet, aut citius esset recessurus, id quidem posset absque aliorum impedimento. Deinde & carceres ferarum apparent, & porticuum scalæ variæ longè commodissimæ, ut & accedentibus & recedentibus semper pateret occasio. Crassitie murorum extrinsecus diminuitur juxta ordinum altitudinem, ita ut superiora paulatim attenuentur, unde majus operi accrescit robur; quod vel ex hoc apparet, quod partium externarum quædam adhuc omninò sibi incumbunt ab imô ad summum, non obstantibus tot vastationibus, ruinis, imbriúmque & procellarum injuriis; cùm partes interiores pleræque ad fundum usque sint destructæ; cujus causa non est alia, quàm ista murorum ascendens contractio, ut superimminens onus sensim decrescat. In quo *contrarium observant Veneti*, quibus

exter-

externa muri facies ad perpendiculum erigitur, internæ verò partes aſcendendo decreſcunt, in hunc ſcilicet finem, ut majus illis ſubnaſcatur ſpatium. Cœterum & id magnoperè hanc ſtructuram ſublevat, quod nulli ſuperna premant arcus, nullæque concamerationes, ſed contignationes ſaltem ligneæ murorum continuerint molem, quibus corruptis ſubſtitui potuerunt aliæ. Id quoque notandum, Sedilia ima tantoperè ab area fuiſſe elevata, ut nulla beſtiarum illuc usque ſaltu pertingere potuerit; adde quod & lorica munimenti loco ibidem fuerit adjecta, cum ambulacro ſat ſpatioſo, prout hæc omnia abundè docet interſectio. Ut autem de columnarum ordinibus in ſpecie quædam adjiciamus, inferiorem dicimus eſſe Doricum, quamvis tam in Zophoro, quam in Epiſtylio alibique multa hîc deficiant Dorici ordinis ornamenta. Ordo ſecundus verè Jonicus eſt, docentibus id Volutis: tertius eſt Corinthiacus, ſed opere craſſiore citra ſculpturarum elegantiam elaboratus; niſi capitula excipias, quæ tamen, & ipſa propter loci altitudinem teneriori artificio carent. Ordo quartus eſt Compoſitus, quem alii Romanum vel Latinum appellitant, quod à Romanis potiſſimum fuerit inventus: alii quoque Italici nomen eidem tribuunt, meliore tamen jure Compoſitus vocatur, quod Jonici & Corinthiaci characteres hîc concurrant. Sunt tamen, qui quartum hunc ordinem merè Corinthiacum eſſe aſſerunt, & è dimenſionibus aſſertionem ſuam defendunt. In quarto hoc ordine in Zophoro Cantherii reperiuntur, quod alibi inuſitatum eſt. Inquirentibus in cauſam, quare Romani quatuor ordinibus hoc opus adornaverint, cum Amphitheatra alia, qualia ſunt Veronenſe & quod Polæ eſt, uno tantum erexerint ordine, Tuſcano ſcilicet Ruſtici generis, reſponderi poteſt: Romanos, qui Victores erant totius orbis, & præcipuè iſtorum populorum, à quibus prædicti ordines denominati ſunt, hos ordines ceu iſtorum populorum emblemata inferiore loco poſuiſſe, ſuum autem Romanum nempe ordinem loco ſummo, ut innuerent, ſeſe triumphatores populorum, operibus ſuis ſubjicere omnia reliquorum populorum inventa. Ut autem ad id redeamus, unde digreſſi ſumus, ima iſtius Structuræ area â terræ plano paucis elevata fuit gradibus, unum pedem altis, latisque pro commoditate aſcendentium. Columnæ trium inferiorum ordinum parietinæ ſunt, duas tertias è paraſtata extantes: ſupremus autem ordo Antas habet ſimi generis. Cantherii, qui ſupra feneſtras extant, fulcra erant ferramentorum quorundam, è coronice demiſſorum, pro firmandis tecti loco tentoriis, quibus totum obumbrari ſolebat Amphitheatrum, ſive adverſus Solis æſtus illis in locis ardentiſſimos, ſive adverſus pluviarum atque tempeſtatum impetus. Cur autem omnes columnæ eandem habeant craſſitiem, & non juxta Vitruvii regulas, ſecundus ordo quadrante exhibeat contractiores: id prudentis judicio Lectoris djiudicandum relinquo.

Templum Fortunæ.

Juxta *pontem* Senatorium Romæ, qui hodie *S. Mariæ* vocatur, integrum adhuc extat templum, quod Tabulæ XVI. inſeruimus, & hodie dedicatum eſt *S. Mariæ Ægyptiacæ.* Quonam olim nomine venerit, incertum eſt. Quidam illud Templum *Fortunæ* (& quidem quæ *Virilis* dicebatur) fuiſſe autumant, de quo Valerius Maximus hoc refert miraculum, cum incendium Romæ reliqua in eo omnia conſumſiſſet, illæſam tamen ibidem manſiſſe inauratam Servii Tulli ſtatuam ligneam. Nempe huic Divæ Calendis Aprilis Sacrum thure fiebat à Virginibus, quæ, cum viro maturæ eſſent, in hoc templum ducebàtur, & ibi depoſitis veſtibus omnia corporis vitia detegebant, ſperantes fore, ut ea Fortunæ beneficio viros laterent. Cum autem Fortunæ Templa rotundam requirant formam, quidam non templum hoc fuiſſe putant, ſed *Baſilicam Lucii & Caji*; quam ſuam opinionem aliquot confirmare nituntur literis ibidem repertis. Meam autem quod attinet ſententiam, Baſilicam id minimè eſſe cenſeo, cum opus id nimis ſit exiguum; Baſilicæ autem ſtructuræ fuerint ampliſſimæ ubi ſolitum erat jus dici, negotiatoréſque frequenter verſabantur. Adde quod in Baſilicis porticûs interiùs ſtatuerentur, de quibus tamen hic ne unicum quidem extat veſtigium: unde pro Templo quodam illud habeo, non pro Baſilica. Aſpectus ejus eſt Proſtylos: columnáſque habet parietinas in anteriore muri parte ubi introitus eſt, quæ cum columnis porticûs omninò conveniunt, ſimilibúſque gaudent ornamentis: unde à latere ſpectantibus pronaos columnis cingi videtur. Diſtantia columnarum duorum eſt diametrorum cum quadrante, ita ut opus hoc dici queat ſyſtylon. Area templa podium habet ſex pedes altum cum dimidio, gradibus inſtructum: Eidem inſiſtunt ſtylobatæ, cum columnis & onere reliquo. Columnæ ordinis ſunt Jonici, cum Baſe tamen Attica, quamvis & iſta Jonicæ ſit ſimilis. Ubi incidenter id annoto, nulla jam reperiri ædificia, quæ Jonicum ordinem ſic referant, prout eundem deſcribit Vitruvius. Columnæ omnes ſunt ſtriatæ, habentes viginti quatuor ſingulæ ſtrias. Volutæ Capituli ovales ſunt; & Capitula angularium porticûs columnarum duplicem exporrigunt frontem, quod alibi me vidiſſe non memini: inventionem tamen ceu elegantem admodum laudo, & in delineatione notanter expreſſi. Ornamenta portæ elegantiſſima pariter ſunt, argu-

tissimæq; proportionis. In Zophoro etiam apparent boum capita inter encarpos artificiosè insculpta. Templum ipsum è lapide Pipernino constructum est, & opere gypsato exornatum tectorio.

XVII. Castellum Aquæ Martiæ.

Ruinæ illæ, haud procul â templo S. Viti adhuc hodie extantes, non immeritò pro receptaculo Aquæ Martiæ habentur, cum ex omnibus circumstantiis appareat, Castellum hîc quondam fuisse aquarium, canalibus & derivationibus ulterioribus debitè instructum. Aqua autem hæc Martia præ omnibus aliis frigiditatis atque salubritatis laude pollebat; nunc autem castellum hoc vastationi adhuc subest, Romæque non nisi tres sunt scaturigines, *Aqua* scilicet *Virgo, Aqua Felix & Aqua Paulina*, quæ ad potum adhibentur ordinarium. Trophæa quæ hîc simul spectantur, an ex fabrica trophæorum Marii hoc loco adhibita fuerint, alii judicent.

Septizonium Severi.

Huc adjectum est *Septizonium*, sive *septisolium*, id est, Monumentum sepulchrale *Severi Imperatoris*, quod in Via Appia è regione templi S. Gregorii situm est; opus ingens magnæque molis, in quo septem sibi invicem impositæ erant columnarum ordines; de quibus, prout ipsa testatur delineatio, vix superest pars dimidia, qui sunt tres columnarum Ordines Corinthii Ordinis omnes.

XVIII. M. Ant. Antii Lupi Sepulchrum.

Sepulchrum hoc in se quadratum egregiæ molis marmoreum Marcus *Antonius Antius Lupus* in vita sua pro se & uxore Claudia Regilla, nec non filia sua extrui curavit: post mortem illius autem Affines ejus & agnati illud consummarunt: prout Vestigia, quæ in Via Ostiensi adhuc extant, præsenti ostendunt delineatione.

XIX. Sepulchrum P. Vibii Mariani.

Sepulchrum hoc Publ. Vibii Mariani, filia ejus Vibia Mariana Maxima Patri suo charissimo, matrique Reginiæ Maximæ unà cum hæredibus cœteris in perpetuum filialis amoris monumentum posuit marmoreum, prout vestigia ejus in Via Cassia tertio ab Urbe lapide adhuc ostendunt.

XX. Sepulchrum Metellorum, vulgò Capo di Bove.

In Via Appia sepulchra quondam erecta erant clarissima *Scipionum Serviliorum & Metellorum*, cum pluribus aliis, quæ nunc omni ferè destituta ornamento, cúmque inscriptionibus suis miserè collapsa sunt, ut ne nominum quidem exacta supersit notitia: uno excepto, quod illo in loco, quem *Capo di Bove* vulgò vocant, extra Portam Capenam adhuc conspicitur è lapide quadrato rotunda mole in insignem erectum altitudinem; cum hâc Inscriptione:

CÆCILIÆ. Q. CRETICI. F. METELLÆ.
CRASSI.

Unde Sepulchrum Metellorum vulgò nominatur. Bovinis autem capitibus aliisq; trophæis exornatum est.

Aureliani templum Solis.

Hoc templum *Aurelianus Imperator* partâ in Oriente victoria insigni, magnificentissimè extruisse dicitur, repositis ibi spoliis aliisque donariis splendidissimis. Nunc autem cum operibus aliis multo olim nomine claris, ruinis totum succumbit, prout vestigia huicce tabulæ annexa satis exhibent.

XXI. Mausolæum Augusti.

Illustre hoc monumentum, quod *Mausolæum* vocabatur, *Augustus* Imperator ipse sibi erigi curavit è saxo candido ducentorum & quinquaginta cubitorum altitudine inter viam Flaminiam & Tiberis littora, cum Consul sextò esset. Opus ipsum cupressis semper virentibus variè erat consitum, ínque tholo statuam habebat Augusti metallicam: infra autem in pavimento Urnæ locum habebant Imperatoris & agnatorum atque familiarium; quemadmodum inter marmora illa, quæ indies ibidem adhuc reperiuntur, hoc etiam in lucem productum est Epitaphium:

D. M.
ULPIO. MARTIALI. AVGVSTI. LIBERTO.
A. MARMORIBVS.

& Vestigia ejus.

Mausolæum hoc, prout vestigia ejus ostendunt præsenti delineata tabulâ, rotundum erat, retísque in modum confectum, triplici cinctum muro æquè distanti, in quo sepulchra varia, pro humatione singulorum. Reliquiæ autem ejus hodie *haud procul à templo S. Rochi* extant.

XXII. Columna Antonini.

Hâc figurâ Imperatoris *Antonini columna* exhibetur, quam, prout Inscriptio edocet, in uno stylobatæ laterum, Marcus Aurelius Antoninus *Patri* posuit *Antonino Pio*, â quo fuerat adoptatus. Cernuntur in illa varia Antonini gesta ac victoriæ de Armenis, Parthis, Vandalis, Germanis, & *in specie Marcomannis & Quadis*, qui tum temporis *Moraviam, Bohemiam & Silesiam* incolebant, reportatæ, sculpturis multo artificio elegantissimè elaboratis. Cochleam habuit centum & septuaginta quinque pedes altam, gradibus ducentis & sex instructam, cum fenestris quinquaginta & sex: quæ temporum tamen injuria, & antiquitatis vitio plerumque fuerunt exesa, donec Sixtus V. Pontifex maximus eandem restitueret, *superimposita Divi Pauli statua* æneâ.

XXIII. Pantheon.

Inter omnia Romanæ Urbis templa nullum majore fulget splendore atque magnificentia, quàm quod *Pantheon* dicitur, & nunc à *Rotunditate sua* nomen habet, solúmque quasi eodem gaudet integritatis robore, quo fundatum est, exceptis statuis aliisque ornamentis, quæ exinde ablata sunt. Hoc templum, juxta quorundam opinionem, à M. Agrippa circa annum Christi decimum quartum conditum est. Meâ autem sententiâ ipsius templi moles, durante adhuc Republicâ, erecta; à M. Agrippâ autem sola adjecta est Porticus: quod etiam ex utroque Frontis muro satis apparet. Dictum autem est Pantheon, quod post Jovem omnibus dedicatum fuerit

Diis: & rotunda erectum fuit forma, ut cœli, & mundi totius formam imitaretur. Altitudo ejus ab areâ ad summum usque foramen, per quod lumen intromittitur, latitudini par est, unico excepto diametro. Inter alia istius templi pretiosa, eburnea fuisse dicitur Minervæ statua, à Phidiâ sculpta: & statua similiter Veneris, quæ inauris loco medietatem habebat illius margaritæ, cui similem, ut M. Antonii vinceret munificentiam, Cleopatra unâ absorpserat cœnula. Et hæc ipsa tamen hujus unionis medietas, pretium ducenties & quinquagesies mille ducatorum exæquasse fertur. Templum ipsum ejusque partes tam internæ quàm externæ *ordinem* præ se ferunt *Corinthium*; *Bases* tamen columnarum *Atticæ* sunt & *Jonicæ*. Capitulorum folia oleaginea sunt. Epistylium, Zophorus & Coronix elegantissimis distincta sunt membris, quamvis sculpturâ uberiore non luxurient. In ipsa muri crassitie per totum Templi ambitum aliquot sunt foramina vacua, ut terræ motuum eo minùs noceret concussio, & lapidum interea atque sumtuum evitaretur profusio.

Ante Templum pronaos atque porticus est pulcherrima, cujus Zophoro hæc insculpta sunt verba:

M. AGRIPPA. L. F. COS. III. FECIT.

Sub his in Epistylio minoribus literis sequens adjecta est Inscriptio, de illius à Septimio Severo, & M. Aurelio facta instauratione:

IMP. CÆSAR. SEPTIMIVS. SEVERVS. PIVS. PERTINAX. ARABICVS. PARTHICVS. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XI. COS. III. P. P. PROCOS. ET. IMP. CÆS. MARCVS. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS. FELIX. AVG. TRIB. POT. V. COS. PROCOS. PANTHEON. VETVSTATE. CVM. OMNI. CVLTV. RESTITVERVNT.

In interioribus templi partibus intra muri crassitiem septem excavata sunt facella in scapharum morem, in quibus statuas fuisse conjectura est: inter sacella autem tabernacula interjecta sunt. Multi statuunt, medium illud sacellum, quod Portæ oppositum extat, non adeò esse antiquum, quoniam Arcus ejusdem aliquot columnas secundæ contignationis sive ordinis obfuscet; unde suspicantur hoc sacellum Christianorum temporibus, & quidem *post Bonifacii IV. Pontificis tempora*, qui templum hoc expiatum in honorem B. Mariæ Virginis & omnium Sanctarum Virginum omniumque Sanctorum imperante Phoca primus consecravit, amplificatum esse; quoniam in templis Christianorum præsertim Romæ, unum ex altaribus, cœteris confieri soleat majus, quod summum dicitur. Postquam autem observassem, arcum hunc cum toto opere optimè convenire, ejusque membra elegantissimè esse elaborata, omninò statui, idem sacellum à primis jam templi initiis cum cœteris fuisse fabricatum. Sacella singula *duas* habent *columnas*, insigniter extantes & striatas, multâque elaboratas industria, ut exhinc & cœteris partibus omnibus maximum appareat Antiquorum in fabricandis exornandisq; templis suis acumen.

Pyramides Ægyptiacæ.

Durante servitute Israëlitarum Ægyptiaca, cùm circa annum ante natum Christum 1598. hic populus asperrimis affligeretur oneribus, ut, enarrante Josepho, partim fossis (quæ adhuc extant) effodiendis & muniendis Niloque per totam regionem derivando: partim lateribus excoquendis miseram tererent vitam, istæ quoq; erectæ putantur Pyramides; opera, judicantibus omnibus, planè inutilia; cum tamen in extruenda illâ, quæ maxima est, ter centena & sexagena millia hominum, viginti annos continuos insumserint, & structuræ istæ inter septem mundi miracula fuerint numeratæ. Altitudo latitudinem parva superat quantitate, ut trianguli quasi formam exhibeat aspectus. Veram igitur illarum figuram hîc Lectori exhibere voluimus, quam propria manu sedulò delineavit *Dn. Johannes Michaël Mendlen, Noricus*, vir rerum exoticarum studiosissimus, & cui præ cœteris fides haberi queat, qui factis in Ægyptum itineribus, Pyramides quidem descripsere, delineandi tamen tædio fortè absterriti, extremam vix adhibuére curam.

Confer Greavium in Pyramidographia, & Vansleben in Itinerario Gallico Ægypti.

Fundamentum circumferentiâ sua bis mille septingentos viginti octo pedes continet, latera autem singula pedes sexcentos & octoginta duos. Altitudo à solo ad apicem usq; demisso ad centrū perpendiculo, pedum est quingentorum & viginti. Gradus ab imo ad summum ducenti sunt & octoginta, binorum cum dimidio & ternorū pedum. Areæ summę circumferentia est sexaginta & octo pedum, ibidémque sex jacent lapides magni, nominibus pleni, quæ variis in linguis pro memoria illic insculpta sunt.

Porta introitus quatuor pedes alta est & lata, totidem; lapis autem supercilii huic portæ imminens undecim pedes longus, & sex latus est.

Ambulacrum primum declive est, longumque pedes nonaginta quinque, & altum quatuor: Conclave autem, ad quod hâc via descenditur, viginti pedes altum & duodecim longum est.

Ambulacrum secundum acclive est, centum pedes longum; circa cujus finem ad dextram Janua est, per quam in profundum, per gradus saxis incisos pedum saltem utrinque vestigia referentes, descenditur foramen. Ad dextram prædictæ januæ per ambulacrum haud adeò longum in conclave accessus est fornicatum murisque decenter expolitum; ubi

in pa-

in pariete foramen est quadratum sesquivirilis altitudinis, quod alius ambulacri videtur esse initium: ipsum autem hoc conclave viginti quinque pedes longum, & triginta altum est. Exeunti ex hoc conclavi retroeundo ascensus patet paucis gradibus in ambulacrum aliud, triginta circiter pedes altum, forniceque instructum, centum atque decem pedes longum, decemque pedes latum; cui continuum utrinque quasi sedile est duos pedes altum.

Hinc conclave quoddam aperitur triginta septem pedes longum, & viginti latum, viginti quoque altum, quod supernè novem contegunt lapides, lacunar formantes, non fornicem, quod admirandum. Hic tumba conspicitur è lapide undulato durissimo, quam Pharaonis, rubri maris undis suffocati, esse quidam conjiciunt: & hæc tumba sive Sarcophagus longitudinem octo; latitudinem trium cum dimidio; altitudinem quatuor pedum, & crassitiem quinque cum dimidio pollicum habet. Si quis hoc saxum ictu feriat, sonitum edit, qualem campana major arguto proferret tinnitu, quod cum admiratione percipitur: Sub hac tumba autem foramen etiam apparet collapsum.

Lapides, è quibus hæ constructæ sunt Pyramides, omnes sunt grandissimi quadrati atque duri. Ambulacra autem interiora & conclavia è lapide rubro, nigro, & griseo maculato fabricata sunt, cum intermixtis hinc inde lateribus, prout & obelisci formati sunt, qui Romæ extant. Præter hanc autem adhuc octodecim sunt pyramides aliæ, quarum una quantitate huic ferè par est. Reliquæ diversæ sunt magnitudinis; & quæ majoribus proxima est, è marmore constat albo atque nigro, in cuborum formam disposito, gradibus carens; prout è præsenti pluribus innotescit tabulâ.

XXIIII. Porta Nævia.

Hæc Porta inter præcipuas Romæ numeratur, Porta Major hodie dicta; nomen autem antiquitus habuit à Nævio nemore, vel ab ipso, cujus erat nemus, Nævio. Hæc etiam Castellum fuit & receptaculum aquarum Claudiarum, quæ hinc adhuc variè distribuuntur. Inscriptiones ejus sunt sequentes:

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXIMVS. TRIBVNICIA. POTESTATE. XII. COS. V. IMPERATOR. XXVII. PATER. PATRIÆ. AQVAS. CLAVDIAM. EX. FONTIBVS. QVI. VOCABANTVR. CÆRVLEVS. ET. CVRTIVS. A. MILLIARIO. XXXXV. ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO. LXII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM. PERDVCENDA. CVRAVIT.

Et porrò: IMP. CÆSAR. VESPASIANVS. AVGVSTVS. PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VI. COS. III. DESIG. IIII. P. P. AQVAS. CVRTIAM. ET. CÆRVLEAM. PERDVCTAS. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA. INTERMISSAS. DILAPSAS. QVE. PER. ANNOS. NOVEM. SVA. IMPENSA. VRBI. RESTITVIT.

Et denique: IMP. T. CÆSAR. DIVI. F. VESPASIANVS. AVGVSTVS. PONTIFEX. MAXIMVS. TRIBVNIC. POTESTATE. X. IMPERATOR. XVII. PATER. PATRIÆ. CENSOR. COS. VIII. AQVAS. CVRTIAM. ET. CÆRVLEAM. PERDVCTAS. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA. A. DIVO. VESPASIANO. PATRE. SVO. VRBI. RESTITVTAS. CVM. A. CAPITE. AQVARVM. A. SOLO. VETVSTATE. DILAPSÆ. ESSENT. NOVA. FORMA. REDVC. SVA. IMPENSA. CVR.

XXV. Mausol eum seu Moles Hadriani.

Hadrianus Imperator, cum Augusti monumentum Urnis sepulchralibus omninò repletum esse cerneret, novam sibi suísque statuit molem è marmore elegantissimo. Substructio quadrata fuit è lapidibus quadratis majoribus; ordo subsequens rotundus, cui adhuc duo imminebant ordines Columnis instructi superbissimis omnes, statuisque pleni tam equestribus, quàm aliis, inter quas & quadrigæ integræ: Quæ omnia ad bellum usque Gothicum secundum sarta tecta substiterunt: postmodùm autem sublatis statuis hoc opus in fortissimam arcem redactum est. Anno Christi 590. peste Romæ grassante, Gregorio Magno Pontifici cum universo populo supplicanti hujus in molis fastigio apparuisse dicitur Archangelus Michaël, gladium in vaginam recondens, omni simul sublatâ peste: unde hæc postmodum Arx *Castrum S. Angeli* vocata fuit, templumque ibidem dedicatum est Michaëli Archangelo, primò in summitate, deinde inferiùs; adjecta in miraculi memoriam Statuâ Angeli marmorea in sublimitate loci.

XXVI. Obelisci Ægyptiaci.

Quatuor hos Obeliscos, ab Augusto & Constantio Imperatoribus ex Ægypto Romam transportatos, *Sixtus V. Pontifex* Antiquitatum indagator studiosissimus, è terra, ruinis obrutos, erui, restauratósque erigi curavit; quorum *unus* post Basilicam Esquilinam; *alter* in ingressu Portæ Flaminiæ, *tertius* ante Basilicam Lateranensem; & *quartus* in Vaticano ante Basilicam S. Petri locum accepit, impositâ singulis cruce, cui eosdem dedicavit.

XXVII. Ichnographia Romæ Novæ.

Jam sequitur accurata atque verissima Romanæ Urbis Topographia, juxta modernum illius, sedente Innocentio XI. Pontifice Maximo, statum, ubi non tantùm vetu-

stissima illius ædificia, cum Ruinis illustribus, & singularibus omnibus; sed & structuræ ejusdem magnificæ recentes, cum Templis, Basilicis, Palatiis aliisque rarioribus, quibus hæc Urbs præ omnibus superbit, eleganter exhibentur: præeunte hic specialiter non Antiquitatum saltem, sed & Templorum aliorumque locorum insignium Indice, juxta numerorum ordinem, locupletissimo atque emendatissimo.

XXVIII. Templum S. Petri in Monte aureo.

Quemadmodum omnis Romani Imperii splendor Barbarorum irruptione bellorumque inundationibus miserè obfuscatus est; sic & Architectura, cum omnium aliarum Artium usu, à pristino penitus nitore deturbata fuit, tantoque indies in pejus ruit decremento, ut neglectâ accuratiori Antiquorum Symmetriâ, monstra tandem struendo suborta sint planè immania, ut horridius nihil excogitari amplius potuerit. Cum autem perpetuâ decurrant volubilitate mortalium opera, Pacis tandem ævo meliore contigit, ut nobilissima hæc Artium ad summum rursus properare cœperit fastigium; postpositis Majorum vitiis, per sesquiseculum hactenus inolitis. Prout enim, recedentibus tenebris, diurnæ lucis augeri solent radii; sic è caligine sua, intra quam per tot hactenus secula sepulta fuerat, struendi elegantia in lucem iterum prorupit, atque vitam. Romæ autem inprimis regnante Julio Secundo Pontifice Maximo, Fautore Artium gloriosissimo, obstetricantes renascenti huic Divæ manus feliciter adhibebat Bramantes, vir longè clarissimus, cum Amico suo atque cognato Raphaële Urbinate, quorum in priore nostro opere de Pictura, adjectis insimul eorundem iconibus, uberior facta est magna cum laude mentio. Erat enim Bramantes ingenio maximus, industriâ indefessus, antiquitatis observatione incomparabilis; unde ædificia quoque tam Romæ quàm alibi erexit novo decore insignia, & quæ viam panderent omnibus rerum antiquarum studiosis facillimam; & Successoribus præcipuè suis Michaëli Angelo Bonarotio; Jacobo Sansovino; Balthasari da Siena; Antonio da Sansovino; Michaëli de Sancto Michaële; Sebastiano Serlio; Georgio Vasario; Jacobo Barozzio da Vignuola; Leoni Equiti; & Laurentio Berninio, aliisque pluribus; quorum operâ atque studio ædificia erecta sunt non Romæ saltem; sed & Florentiæ, Venetiis, Mediolani, aliisque in locis tam Italiæ quàm Germaniæ admiranda: cum pictores plerique simul essent, aut statuarii longè nobilissimi, nec penicillo saltem & scalpro, sed calamo quoque, editisque Libris æternitati sua consecrarint nomina: è quorum Schola, tanquam ex Equo Trojano etiam prodiere plurimi, quibus in hodiernum usque diem vita suppetit.

Ut autem ad propositum revertamur, Bramantes ille supradictus primùs fuit, qui Antiquorum gloriam Architectorum, ad sua usque tempora neglectam publico restituit usui: unde non immeritò laudatissima ejus opera inter illa statuuntur Antiquorum monumenta, quæ tanquam optima hoc publicè exhibemus Tractatu. Inter ea primum habeat locum Templum hoc in monte Janiculo à Bramante nostro extructum, cujus non ichnographiam tantùm, sed integram delineationem hic proponimus. Extat autem eodem in loco, ubi in crucem actus esse dicitur Princeps Apostolorum Petrus, in cujus honorem etiam tota hæcce erecta fuit structura, unde & nomen habet Divi Petri in monte aureo. Templum ipsum tam quoad internas sui partes, quàm quoad externas ordine nitet Dorico: columnæ è lapide factæ sunt, quem Granitum vulgò vocant, albis scilicet, nigrisque & rubris maculis distincto; sed ita, ut Bases illarum & Capitula è marmore sint candido; cœtera omnia è Tiburtino coagmentata sunt. Mensuras omnes ex utrâque delineatione facile deprehendet Lector nobilis, tam ichnographiæ, quàm orthographiæ & scenographiæ. Et quamvis structura tota in nimiam excrevisse videatur altitudinem, cum altior sit latitudine bis sumtâ: re ipsâ tamen ob fenestrarum aperturas & scapharum varietatem propiùs adstanti templum integrum multò videtur esse humilius, quàm ipsa præ se fert mensura.

XXIX. Palatium Farnesium quod Caprarolæ est.

Palatium hoc Ducale Farnesium Caprarolæ extructum est à Jacobo Barotio Vignola Architecto celeberrimo. Est autem Caprarola oppidum sat elegans, montanis distinctum elevationibus in tractu situm amœnissimo unius diei itinere ab Urbe distans Romanâ Serenissimæ familiæ Farnesiæ proprium. Hoc igitur in loco curante Serenissimo Principe ejusdem nominis palatium extructum fuit magnificentissimum, quod sive operis Majestatem, sive elegantiæ decorem, sive commoditatis facilitatem spectes, tam est omnibus numeris absolutum, ut nihil me unquam vidisse perfectius reverâ dicere queam. Situm autem est in planitie quadam ad oppidi extremitatem extensa, in cujus clivo medio superba hæc eminet structura, fronte suâ ipsum respiciens oppidum, ita tamen, ut & haud leviter duo latera promineant adjacentia, anguli que hi plures simul sumti aspectum efficiant planè admirandum, prout tabula subsequens pluribus ostendit. Hoc ipsum autem, quod impossibile foret aliàs, exhinc suboritur, quod totum ædificium extrinsecus est pentagonum: quo non obstante omnia tamen conclavia proportionem suam obtinent accuratissimam, figurâ constantem quadratâ, eò quod omnis irregularitas, in ipsis aliàs extitura conclavibus,

muro-

murorum absorpta sit intercapedine, summo cum Artificis judicio. Cœterum tam concinna est istius palatii dispositio, ut nullus omninò locus ibi sit vacuus, usuque carens; quodque magis admirandum, conclavia dominica tam apto gaudent situ, ut quicquid extrinsecus est turbulentorum servitiorum, vel opificum destinatum laboribus ibidem vix percipi queat: quibus omnibus commotus fateri cogitur Architectus quilibet, quanticunque fuerit ingenii, quantáque cura examinet ista, opus hocce meritò dici posse perfectissimum inventione, splendidissimum decore, & commodissimum usu; istâque laude præ omnibus totius mundi palatiis excellere. Hâc etiam famâ commoti celeberrimi nostrorum temporum Architecti è dissitis longè huc advolare solent provinciis, ut oculis usurpent hoc nostri ævi miraculum: quod etiam de Daniele Barbaro refertur Viro illustri rerumque architectonicarum peritissimo, qui cum omnia istius Palatii loca, conclavia, annexa atque requisita proprio lustrasset visu, perpendisset judicio, invicemque contulisset examine, informatus præcipuè ab ipso Architecto Vignola de ædificii ordine, membrorum proportione, totiusque machinæ concinnitate, in hæc erupisse dicitur verba: Non minuit, imò magnoperè vicit præsentia famam. Id nempe judicans; impossibile esse, ut hoc quidem loco perfectius quid excogitari potuerit.

Prima igitur istius palatii tabula, ichnographiam illius oculis exhibet, ex qua, numerorumque appositorum declaratione subsequente, accuratè singula edisces Lector benevolus.

XXX. Istius palatii orthographia.

Sic altera illius tabula Orthographiam visui subjicit, partemque anteriorem cum introitu, aliisque, de quibus supra dictum est, adjacentibus.

XXXI. Istius Palatii intersectio Scenographica.

Tabula tertia intersectione sua splendorem exhibet partium internarum tam dilucidè tamque perspicuè, ut omnia quasi conclavia, area ipsa, cellæ subterraneæ atque porticus oculis percurri, considerando examinari, & admirando extolli queant: inservientibus simul pro meliori mirandorum omnium observatione Alphabeti literis.

A. scilicet tertiam istius structuræ denotat contignationem.

B. Ambulacrum per totum hujus contignationis procurrens ambitum in usum 60. conclavium.

C. denotat triginta septem conclavium seriem, quibus superimminent quadraginta conclavia medii generis.

D. altera est cubiculorũ series, quæ sunt viginti tres, cum octo communioribus, quę omnia in pergulam aperiuntur circularem.

E. Canalis est excipiendarum áque palatio avertendarum omnium intra muri ambitum delabentium aquarum.

F. Pergula est summa decem pedes lata, quam interioris muri arcus sustinent. Contecta autem jam est, quoniam columellæ plutei non sunt consummatæ.

G. Omnes sunt istius Palatii Camini.

H. Turris palatii; quæ & ipsa, designatione Architecti prototypicâ humilior est.

Altitudo totius palatii primaria pedum est centum & viginti, nimirum ab I. fundo areæ, usque ad K. coronicem summam: sed 80. pedum usque ad summitatem duarum contignationum Atrii rotundi.

Cœteræ partes ex orthographia discuntur, juxta numeros sequentes:

1. Scala est gradibus utrinque recurrentibus ad primum palatii planum deducens.

2. Porta est anterior sub Scalæ summitate, per quam planâ intratur via ad officialium cameras, sub palatio per circuitum dispositas.

3. Ponticulus est versatilis supra fossam sat profundam.

4. Vestibulum, super quo porticus pulcherrima; & ad latera januæ S. & ✠ quæ sacelli est.

5. Janua primaria ad cochleam, in cujus summitate fons est artificiosus elegantissimus.

6. Scala est maxima & principalis tortuosa, infra in plano Officialium altitudine $3\frac{3}{4}$. pedum incipiens, triplicique versura totius sui circuli ad columnam Doricam usque in summam pertingens pergulam.

7. Atrium, per quod è Scala in porticum secundæ contignationis transitur.

8. Conclave rotundum, cui insistit Sacellum Palatii.

9. Porticus ad Cavædium circularis.

10. Area cavædii cum fenestris lumina ad concamerationes infimas demittentibus.

11. Oecus major; Ante-Camera; & conclavia hyemalia.

12. Idem genus, sed pro habitatione æstiva.

13. Fortalitium, non quidem defensionis causa primariò adstructum; sed in alios potius usus, & ornatûs gratia. Hac ipsa enim murorum elevatione januæ palatii & habitaculorum hyemalium à Boreæ defenduntur frigore; conclave pulcherrimum contegitur & amœnissimum, & concamerationes insimul fiunt primæ & secundæ contignationis ipsius Palatii.

14. Hypocaustum, super quo cubiculum, cujus beneficio in primo plano evitatur irregularitas.

15. Gradus, per quos descenditur ad fornaces hypocaustorum.

16. Furnorum locus.

17. Conclavia quædam minora reliquo-

rum Fortalitiorum in summitate primi ordinis.

18. Conclave, ubi est Sacelli Sacrarium.

19. Duo cochlidia in tertiam palatii contignationem deducentia.

20. Locus, pro tertio destinatus cochlidio, dein pro cisterna, quæ postmodum ad signum * locata est: hîc autem loca sunt mediana, qualia & in Angulis reliquis in usum conclavium secundæ Palatii contignationis.

21. Cochlidium aliud, quod ab imo palatii fundo, ad ultimam tendit summitatem: reliqua minora similia in gratiam locorum intermediorum facta sunt.

22. Foveæ quædam necessariæ, in usum conclavium ultimorum.

23. Fossa sicca, quoniam planum Palatii in quodam situm est clivo.

24. Ponticulus versatilis, pro transitu è conclavibus secundæ contignationis in hortum; qui hortus in planitie situs est amœnâ sed riguâ, magnus & frugifer, nec ornatu nec utilitate carens: adde quod ex illo prospectus pateat in tractum amplissimum & amœnissimum.

XXXII. Palatium Senatus Populique Romani in Capitolio.

Hoc Palatium situm est in monte Capitolino, ubi olim quoque Senatus congregabatur, & magnificum illud Antiquorum superbissimè extructum erat Capitolium. Postquam enim iteratis toties Romanæ Urbis devastationibus amplissima quoque istius montis ædificia in ultimas conversa essent ruinas, deinceps restitutâ Pacis tranquillitate Senatus Populusque Romanus successu temporum Basilicam hanc sive Curiam extrui curavit sumtuosissimam, idque ope Michaëlis Angeli Bonarotæ Architecti longè celeberrimi, qui istius structuræ confecit prototypon. Opus ipsum constructum est è Lapide, quem Peperinum appellant, quadrato, ea formâ, quam præsens exhibet figura, emendatissimâ dimensione delineata, cum adjecta minutiorum palmorum scala. Primus à superba hac structuris Urbe ad Palatium istud accessus in Aream est amplissimam atque pulcherrimam, quam ex utroque latere duo cingunt Palatia subsequentia Conservatorum, non invicem tantùm, sed & cum structura hac primaria insigniter concordantia; ínque cujus medio super stylobata magna atque decorâ, splendidissima erigitur Marci Aurelii statua equestris ænea, staturam virilem exsuperans. Tertium igitur istius Areæ latus intranti oppositum hoc ipsum est Palatium, quod nunc describimus: in quo primò occurrit Scala largissima, multæ commoditatis.

Post introitum œcus est maximus, eleganti dispositus symmetria, omnibus interioribus curiæ partibus communis: per hunc enim ingressus patet ad omnia conclavia Senatoria, atque officialium, & quæcunque ibidem sunt cameræ pro aliis usibus variæ; quæ omnes hunc œcum versus aperiuntur; ita ut, quibus opus est, singuli, nemine impediente, congruè hâc ingredi queant & egredi, cum sua cuivis commoditas prudenter sit assignata: & hæc de contignatione prima.

In contignatione secunda Officia minùs ordinaria distributa habent conclavia, stereobata, ubi fenestræ apparent clathratæ, carceres habet varios, diversi generis magna in copia, partim supra, partim infra terram dispositos. Sub Scalâ præmemorata fons apparet saliens elegantissimus, in cujus basi Statua Romæ triumphantis collocata est sedens, è Porphyrite, antiqua, manu Artificis optimi elaborata: cui utrinq; statuæ adstant captivorum, elegantissimè pariter sculptæ. Reliquæ ex utroque latere decumbentes, & plus quàm terna vice staturam viventium excedentes è marmore candido confectæ statuæ, antiquæ similiter sunt, & plurima insignes arte: quarum una Tiberim refert, Nilum altera. Inque hoc Palatio Illustrissimi atque excellentissimi Romanæ Urbis Senatores omnes dirimunt causas, sive ad civile jus pertineant, sive ad publicum.

XXXIII. Palatium Dominorum Conservatorum in Capitolio.

Hoc Palatium, & aliud consimile è regione huic oppositum [prout dictum est supra] lateralia sunt & magnifica admodum, structaque pariter adornante Michaële Angelo Bonarotio Architecto illo omni laude dignissimo: utrumque autem dicitur Palatium Dominorum Conservatorum Urbis Romanæ, quoniam ibidem quæ ad conservationem Boni publici faciunt, à prædictis Consiliariis, statis consessibus sub consultandi incudem trahuntur. Istorum autem œci maximi, & conclavia universa picturis exornata sunt megalographicis artificiosissimis, quarum argumenta laudes plerumque Antiquorum continent & gesta Romanorum; elaborata multa arte à Josepho Harpino & aliis. His accedit statuarum marmorearum copia amplissima, inter quas duodecim Imperatores Romani, & pretiosa alia plurima. Ubi sanè quilibet, qui duorum horum palatiorum lateralium cum primario harmoniam, statuæ medio in loco luxuriantis majestatem, totiusque hujus structuræ Capitolinæ gloriam conspexerit, fateri cogitur, Foro huic splendidissimo vix dari simile in universa Europa.

XXXIV. Palatium Pontificis in monte Quirinali.

Hoc Pontificis maximi palatium in monte Quirinali, qui vulgò Monte Cavallo vocatur, æstivo saltem tempore habitatur, eò quod circa Basilicam S. Petri in Vaticano ubi ordinaria est S. Patris sedes, eadem anni statione, non admodum salubris sit aeris temperies; hoc autem in loco censeatur purior. Opus ipsum splendore pollet plurimo & mole valdè augusta; ita ut in Atrio magno anteriore aliquot clientum millia

concur-

concurrere queant. Præterea conclavia ibidem ſunt diverſi generis plurima, & magna admodum, pro Equitibus, Nobilibus, Baronibus, Comitibus, Principibus, Epiſcopis, Cardinalibus, Legatis Cæſareis & Regiis, & alia; cum atriis ſuis pleraque, in quibus pro ſua cuivis dignitate ad Summum Pontificem conceditur admiſſio: quibus accedunt ipſa Pontificis habitacula, nec non officialium & cohortis Prætoriæ conclavia, quæ ſingula omnimodâ inſtructa ſunt commoditate. Adde quod & hortus adjaceat amœniſſimus, in quo fonticuli ſalientes, & machinæ undivomæ artificioſiſſimæ variæ, aquas vivas abundè ſuppeditantes. Præterea conclavia omnia picturis referta ſunt ingenioſisſimis, ſtatuiſque pulcherrimis, & ſupellectile non neceſſaria ſaltem, ſed pro re natâ, ditiſſima. Nec aëris tantùm hoc Palatium, propter altitudinem gaudet ſalubritate, ſed & proſpectu longè amœnisſimo, qui Romam univerſam, totumque circumjacentem tractum ſpectanti ſumma cum jucunditate objicit: Autorque & Architectus illius fuit Dominicus Fontana.

XXXIIII. Palatii Quirinalis interna facies univerſa.*

Hac tabula internam exhibemus faciem Palatii hujus Papalis in monte Caballino, cum porticibus ſuis, earumque ordine in Area; quæ à Flaminio Pontio, unà cum duplici Scala ſub Paulo V. Pontifice maximo adornatæ, & poſtmodum ab Octaviano Maſcherinio conſummatæ fuerunt. Duplex iſta Scala in Atrium deducit Equeſtre, nec non ad Sacellum, & ad Conclave Pontificis: quæ omnia unà cum Area, tam congruè ſunt ordinata, ut quoties Legatis ſummorum Principum, aliiſque majori dignitate præditis acceſſus datur ad Pontificem, currus illorum omnes & ſinguli commodisſimè non ſaltem intrare, ſed & peractâ verſurâ regredi queant.

XXXV. Interſectio iſtius Palatii lateralis.

Idem hoc Palatium Quirinale laterali quoque interſectione exhibemus quoad interiora, unà cum turri, ſed duabus tantùm tertiis: ubi notandum, quod area ejus tam ſit ampla atque patens, ut ſæpius, concurrentibus hac vel illa feſtivitate Magnatibus pluribus, ducenta vel trecenta ibidem expectent pilenta, quibus omnibus abſque ullius impedimento commodisſimus patet acceſſus & receſſus.

XXXV. Interſectio iſtius Palatii, unà cum porta Viridarii.*

Ex area præmemorata pulcherrimâ, plana aperitur via per januam clathratam in viridarium maximum; in quô non tantùm arbores fructiferæ præcellentiſſimæ, ſed plantæ quoque exoticæ rariores plurimæ, topiaria viridantia elegantiſſima, areolæ floribus conſitæ amœniſſimæ, & cryptæ undivomæ ſplendidisſimæ, ut oculus vix ſatiari queat.

*XXXV.** Ejusdem Palatii Papalis Ichnographia.*

Jam iſtius Palatii Pontificii, quod in monte Quirinali eſt, etiam ſuppeditamus Ichnographiam atque diſpoſitionem prototypicam, ubi oculis exponimus conclavium plus quàm Regiorum magnificentiam, omniumque pertinentium reliquorum ordinem auguſtisſimum, & Majeſtate plenum, ut emendationi vix locus ſuppetat.

XXXVI. Palatium Cardinalis Burgeſii, quod Romæ eſt.

Palatium Cardinalis Burgheſii in Areâ cognomine ſitum, ſuperbisſimum ſimiliter eſt, plerumque decore innumero, ſive picturarum ſpectes & Statuarum Artem, ſive ſuppellectilis ubertatem. Extructum autem fuit â Martino Langhio Architecto.

XXXVII. Villa Cardinalis Burgheſii extra Romam.

Palatium Villæ Burgherianæ extra Urbem, dimidiæ ſaltem horæ Româ diſtat itinere: opuſque eſt longè ſplendidisſimum in medio Viridarii amplisſimi atque amœnisſimi, muris cincti ſitum, prout orthographia ejus præſenti tabulâ fidelisſimè eſt exhibita. Miraculum autem potius dici poſſet, quàm Palatium, propter innumeram antiquarum ſtatuarum copiam, quæ artificioſisſima manu priſcorū pleræque Sculptorum è candido marmore multo elaboratæ ſunt ingenio. Harum plurimæ ipſam ſtructuræ exornant frontem, judicio diſpoſitæ maximo, prout ipſa præ ſe fert delineatio. Longè autem plures & præſtantiores majoresque in interioribus iſtius Palatii proſtant, partim integræ, ſive ſolidæ, ex uno candidi marmoris fruſto exciſæ; ſive coagmentatione conſolidatæ; unde ſtatuæ viventium ſtaturâ pleræque dimidiatâ, & quæ pectoretenus extant pauciores; Sculpturæ autem ſimæ ſimiliter plurimæ minores: Ut pictarum taceam tabularum copiam immenſam quaſi, quæ omnes tam artificum gloria, quàm argumentorum acumine usque adeò ſunt inſignes, ut integro deſcribi mererentur volumine. Architectus hujus fuit Johannes de Santio, Belga.

XXXVIII. Cardinalis Chigii Palatium Romæ.

Palatium Cardinalis Flavii Chigii in Regione, quam di Trevi vocant, Romæ ſitum, pro ſtructura pariter habetur clarisſima atque amplisſima, partibus tam externis ſuperbiente, quàm internis: & quæ operibus condecorata ſit Arte varia ditisſimis atque rarisſimis.

XXXIX. Principis Altieri palatium.

Palatium Principis Altieri in regione, quæ de la Pigna vocatur, ſitum inter opera ſimiliter numeratur ſplendidisſima, cujus Architectus fuit Johannes Ant. Rosſius.

XXXX. Domus Domini Joſephi Coſtæ.

Hæc domus Domini Joſephi Coſtæ in platea, quam Borgo novo vocant, apud Baſilicam S. Petri ſita eſt: cujus contignationes ſuperiores habitationi inſerviunt, uſuique proprio; inferior autem officinas habet & cameras varias locatione ſua utiles. Architectus ejus fuit Balthaſar da Siena.

XXXXI. Palatium Juſtiniani Principis.

Palatium hoc Principis Juſtiniani in Regione S. Euſtachii ſitum in exterioribus quidem aliquam præ ſe fert modeſtiam; quoad partes tamen interiores multa abundat commoditate & magnificentia: œcos enim habet majores haud paucos, Porti-

cus egregias, conclavia splendidissima, Areamque amplissimam: & hæc omnia plena sunt rarioribus & ex omni genere laudatissimis operibus non picturarum saltem, à pictoribus tam antiquis quàm modernis clarissimis elaboratarum; sed & statuarum tam antiquarum quàm modernarum sive marmorearum sive ænearum: ita ut Academiam hîc esse statutam dicere queas, omnigenæ Artis. In cujus testimonium meritò hîc allego Librum illum famigeratissimum de Porticu Justinianeâ, quem Ego ibidem delineavi, & postmodum ope laudatissimorum Artificum typis æneis incisum publicavi: ubi picturæ, statuæ, & anaglypha istius Palatii magno spectari possunt numero. Architectus ejus fuit Johannes Fontana.

*XXXXI.** *Palatii Justinianei ichnographia.*

Ut autem tota istius Palatii dispositio benevolo Lectori uberiùs pateat, ipsam quoque, & genuinam quidem, ejusdem ichnographiam hâc tabula insimul apponere non fui dedignatus.

XXXXII *Palatium Dominorum Falconeriorum.*

Palatiū hoc Dominorum de Falconieri in platea Julia situm, quoad medietatem tantùm exhibeo, quemadmodum quæ medium dividit opus satis edocet interfectio, unde quivis colligit, tantundem ex altera parte adhuc superesse: ipsumque Palatium inter pulcherrima & perfectissima numerari posse.

*XXXXII** *Palatium Principis Matthæi.**

Hoc Principis Matthæi palatium, in Regione S. Angeli situm, dimidiatum similiter apponimus: elaboratum ab Architecto Carolo Maderno.

XXXXII. *** Interjectio Palatii Falconieriani.*

Hac tabula internam exhibemus formam Palatii Dominorum de Falconier, prout illa à Francisco Borromini Equite extructa est.

XXXXII. **** Ejusdem Ichnographia.*

Jamque vera etiam atque genuina totius hujus Palatii Falconieriani sequitur ichnographia.

XXXXIII. *Dominorum de Aste Palatium.*

Palatium hoc Dominorum de Aste situm est in Area S. Marci in regione; quam de la Pinne vocant. Architectus ejus fuit Johannes Ant. Rossi.

XXXXIII.* *Ejusdem Ichnographia*

Inserta hæc tabella accuratam exhibet Palatii Dominorum de Aste ichnographiam.

XXXXIIII *Domus hortensis Ioh. di Rosse.*

Villa hæc domusque voluptuaria Johannis di Rosse in plateâ, quæ Longara dicitur, sita est: & quamvis mole non superbiat, elegantis tamen est formæ, jucundi aspectus, & proportionem habet omni desiderio gratam. Erecta autem est à Johanne Maria Baratta Architecto.

XXXXV. *Templi S. Petri in Vaticano frontispicium.*

Hac Tabula Basilicam S. Petri exhibemus, quæ in Vaticano est, cum structuris adjacentibus sumtuosissimis, & Palatio Papali: nec non Porticum illam novam maximam supernè tectam ad processiones instituendas: item Aream ejusdem, fontesque ambos salientes, cum obelisco: adjecimus etiam solennitatem quandam ordinariam, qua Pontifex maximus lecticâ vectus procedit, comitantibus eundem Nobilibus, & clero, cum parte quadam cohortis ejus Prætorianæ tam equestris quàm pedestris.

Exterior istius Basilicæ porticus haud ita pridem ab Alexandro VII. demum extructa est, pro commodiore processione in solennitate Corporis Christi. Statuæ verò superimpositæ à Successoribus ejus Clemente IX. & X. positæ sunt. Intra ambitum istius Porticus duo extant Fontes multo insignes artificio, ejusdem uniusque formæ, multisque abundantissimæ undis; ita ut unica aquarum moles capite majore crassior ultra viri altitudinem, summâ cum spectantium admiratione ascendat, quæ delapsa in lacum quendam lapideum insignem, non solùm tantam dispergit rorantium guttularum copiam, ut iris ibidem pulcherrima versicolorem quaquaversum expandat tunicam; sed maximus insimul proruentium undarum impetus, ad instar torrentis spumante fluctuum glomere à summis devoluti cautibus, æstuantis calorem aëris mirabiliter temperet, & spectantium ad se corda sensusque rapiat, auresque simul cum oculis. Insigne autem hic latet arcanum nec admiratione carens, quod ultra viri staturam tam crassi exspuantur aquarum cunei: cujus ratio in eo consistit, quod aqua non uno clausa à basi ascendat canali, sed pluribus, unica consolidatione sibi invicem junctis æneis; unde fit, ut hoc modo divisa undarum vis leviori sursum nitatur pondere, majorique emergat virtute: quod aliàs, si unico tantùm canali deveheretur, ob ponderis iniquitatem fieri non posset, dilapsis statim in limine gurgitibus.

XXXXVI. *Pontificiæ Residentia urbana.*

Hac tabella Basilicam S. Petri, quæ in Vaticano, exhibemus aspectu laterali, ut illius operis magnificentia eò elucescat melius, Lectorque benevolus eò majori undiquaq; ob varietatem abundet voluptate.

*XXXXVI** *Altare S. Petri.*

In celeberrimæ Ædis hujus Romanæ medio summum Altare illud surgit, ex ære fusum, & hinc inde perspicuum: Ceu figura ipsa rem omnem haud perplexè indicat: Inventorem illius Equitem esse *Berrinum* perhibent; qui feliciter exædicavit, quod decenter instituit.

XXXXVI. *** S. Petri Cathedra in Vaticano.*

Ista S. Petri Cathedra in Basilica Vaticana ab Alexandro VII. Pontifice maximo collocata est in Basilicæ Tribunali: opus multo dives ornamento ære cinctum, sustinentibus illud quatuor Ecclesiæ Doctoribus antiquis, S. Athanasio scilicet, S. Chrysostomo: S. Ambrosio; & S. Augustino, quæ statuæ sunt æneæ inauratæ colosseæ: In summitate autem inter angelorum catervas, cœlesti gloria coruscans apparet Spiritus Sanctus: quæ inventio est Laurentii Bernini Equitis.

Cum

XXXXVII. Castellum Pandolphi, quod extra Urbem.

Cum æstivo tempore summus Pontifex remissioris auræ temperiem desiderat, in istud concedere solet oppidum, quod Castellum Pandolphi dicitur, ubi pro tali recreatione palatium extat suburbanum, sat commodum, cum viridariis aliisq; in hunc usum necessariis, tam pro Sanctitate sua, quàm pro Officialibus & aula universa. Hic locus dimidii itinere diei ab urbe distat, situsque est in monte quodam, tractûque aliàs amœnissimo, aëre gaudens temperato atque salutari, qui è Mari haud procul dissito, sub meridiem præsertim, urgente etiam æstu ferventissimo, quotidie quasi flatu susurrat haud exili, frigora suppeditans omnibus cum refocillatione gratissimâ. Ad radices istius montis lacus est amœnissimus, piscibus abundans, quales istis in terris rariores extant, quamvis crebriores necessitas postularet. Cùmque olim ad pingendam Pontificis summi iconem huc vocatus essem, ipse præsens vidi Urbanum VIII. Pontificem tunc regnantem ab arce sua descendentem pedibus, ut piscaturam spectaret: ubi aliquoties etiam sua laxabant retia piscatores in stagno isto, piscesque capiebant haud paucos, unde eximiam Pontifex hauriebat voluptatem. In cujus rei memoriam huic tabulæ eandem inserere volui piscationem, ad vivum delineatam.

XXXXVIII. Palatium Marchionis Crescentii.

Palatium hoc splendidissimum Romæ situm est in Regione, quam à Columnâ denominant, haud procul à Basilica Rotunda: prototypum ejus factum est à Dn. Johanne Baptista Crescentio Pictore & Architecto; structuram autem absolvit Nicolaus Sebregundius.

XXXXVIIII. Ejusdem Ichnographia.

Nec immeritò huic subjungimus Palatio Crescentiano genuinam ejusdem ichnographiam.

XXXXX. Palatium Principis & Cardinalis Estensis.

Palatium istud Principis atque Cardinalis d' Este sua pariter laude dignissimum, Romæ situm est in Regione, quæ vulgò vocatur della Pigna alla Ciambella: opusque est Jacobi della Porta Architecti celeberrimi.

XXXXX. Ejusdem ichnographia.*

Sequitur istius Palatii Principis & Cardinalis Estensis ichnographia.

XXXXXI. Palatium Marchionis Serlupi.

Palatium hoc Domini & Marchionis Serlupi Romæ situm est in Regione columnari penes Seminarium Romanum, nondum quidem suis numeris absolutum, summâ tamen cura Jacobi della Porta Architecti supra laudati adornatum.

XXXXXII. Palatium Lancellottanum.

Palatium hoc Dominorum Lancellottorum situm est Romæ in regione, quam vulgò vocant di Ponti alli Coronari; opusque est Caroli Maderni; quamvis Porta major fabrica sit Dominichini Zambieri pictoris celeberrimi ac Equitis.

XXXXXIII. Ichnographia ejusdem.

Nec abs re erit ichnographiam quoque Palatii hujus Lancellottani oculis usurpare.

XXXXXIIII. Palatium Collegii de propaganda fide.

Palatium hoc Collegii de Propaganda fide situm est in Regione, quæ vulgò di Colonna dicitur, juxta Aream SS. Trinitatis; cæptumque est ab Urbano VIII. Pontifice, juxta inventionem Laurentii Bernini Equitis, quo curante etiam consummatum est.

XXXXXV. Palatium Dominorum Sacchettorum.

Palatium istud Sacchettanum extat propè Templum S. Johannis Florentinorum in Platea Juliâ, in Regione, quam di Ponti appellant; & fabrica est Antonii de Sancto Gallo.

XXXXXVI. Ichnographia ejusdem.

Proque majori istius operis complemento, ejusdem pariter hic subnectere placuit ichnographiam.

XXXXXVI. Palatii Sacchet. ichnographia.*

Ichnographia Palatii Sacchettini.

XXXXXVII. DN. Verospiorum Palatium.

In media quasi via, quæ Romæ omnium sermone celebrata est, *il Corso* vulgò dicta, id ipsum Palatium, sub præfectura *di Colonna* conspicitur; non adeò magnum quidem, si amplitudinem ejus æstimes; maximum verò ob commodam & accuratam ædificationem; picturis insuper splendidissimis, pretiosis statuis, aliísque cimeliis refertissimum.

XXXXXVIII. Villa ac diæta Pamphiliana.

Diæta hæc, habitatio amœnitatis caussa, in Villa *Pamphilii Principis* extructa est; ubi ad regulam Perspectivæ pulcherrimam oculis usurpare licet lucum frequenti sylva septum, variarum proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines; lectissimos insuper flores, imagines æquè ac statuas, politissima arte perfectas. O præclarum prospectum, ubi pascua oculorum haud fastidimus! Quàm verè ac eleganter de venusto Villæ illius situ cecinit vates:

Myrthea tonsa, nemus, flores, simulacra, theatrum,
si non hæc satiant lumina, nil satiat!

XXXXXVIIII. Villæ Pamphil. prospectus ac palatium.

Illustre istoc Palatium, amplissimis hortis, rarioribus plantis, arboribus, floribus, & herbis, fontibus item, piscinis, nemoribus, feris venationibúsque plenum ac confertum, muro includitur; marmoribus, statuisque, vasísque variis exornatum est, ab Urbe haud procul distans. Condidit illud *Dn. Livius Odescbalcus*, Summum Pontificem hodiernum cognatione attingens. Architectum fuisse nobilissimum illum Statuarium, *Alex. Algardum*, *Bononiensem*, omnes norunt.

Æneum signum lupæ, Romulum et Remum lactantis in Capitolio.

Der Wölfin Bild von Ertz, im Capitolio, die Romulum und Remum gesäugt.

I



I.I. Sandrart fecit



Joachim de Sandrart delin · Cum Privi. S.C.M. · Sandrart fecit


EFFIGIES ANTIQUÆ ROMÆ
è vestigiis ædificiorum, ruinis, testimonio veterum Authorum, fide numismatum, monumentis æneis, plumbeis, saxeis, tiginisq; collecta, atq; in hanc tabellam redacta à Pyrrho Ligorio Romano, per XIIII Regiones, in quas Urbem divisit Imp: Cæsar August:
Vorstellung der Statt Rom, wie sie vor alten Zeiten gebaut gewesen.
Castrum Prætorium
Vivarium
Via Tiburtina
Aqu Marcia et Aq. Aug.
T. Minerva Medica
Horti Diocle: et Maximiani
TARQUINII SUPERBI
AGGERES
VIMINAL
REGIO VI. QUIRINALIS
ALTA SEMITA
REGIO V. ESQUILINA
Horti Blanciani
P. Nomentana
T. Bachi
Via Salaria
Hippodromus
COLLIS HORTULORUM
SEPTE
Via Flaminia
REGIO VII.
VIA LATA
REG. IX.
REG. VIII.
CAPITOLINUS
Circus Flaminius
Horti Domitiæ
Hippodronus Neronis
Moles Hadriani
P. Castelli
Pons Triumphalis
P. Ælio
P. Triumphalis
P. Aurelia
P. Palatii
Bel Vedere
S. Petri
P. Turrionis
Via Aurelia
P. Septimiana
P. Pertusa
MONS VATICANUS
REGIO XIV.
TRANSTIBERIM
Hortus Domitii
Villa Tullii Martialis
Vic. Salutaris
Vic. Paulli
Sublicius
Hercules Cubans
Thermæ Severianæ
Vic. Rostrati
Castra Lecticariorum
M. Ianiculum
P. Ianicularis
OCCIDENS



ANTIQÆ.
IENS.
II
Aquæ ductus aquæ Claudiæ
Aqua Marcia Iulia et Tepula
Anio Novus.
Hippodromus
Via Labicana
Via nova Valeria
Via Claudia
Via Latina
T. Veneris.
Amphitheatr. Castrens.
Limpheum Alexandri.
Domus Lateranorum.
T. Fauni.
Aqua Crabra
Arbor Sancta
Ludus Matutinus.
V. Vigilum
Campus Martialis.
CAMP. COELI. MONTANI.
P. Latina
Almo fluvius
MERIDIES
T. Honoris et Virtutis.
Æd. Minervæ.
Hippodromus
Horti Asiniani.
REGIO XII. PISCINA PUBLICA.
Vicus Victoriæ.
REGIO PRIMA.
Porta Capena.
Via Ardeatina
Via Appia
XIII.
Vicus Mundiciæ.
AVENTINUS.
Horrea Domitiani
P. Ostiensis.
Doliolum vel Testacius.
Campus Brutianus
Horti C. Cæsaris.
Via Portuensis
S. Pauli.




Horatiorum et Curiatiorum Sepulchrum ad Albam olim extructum.


Der Horatier und Curiatier Grabmal so weiland bey Alban erbaut, und noch allo zusehen.



Insula instar navis, cum templo Æsculapÿ et Osiridis.

Die Schiff-Insel, samt des Æsculapÿ und Osiridis Tempel.


SIMVLACRVM
OSIRIDIS



Capitolij veteris magnificentia.

V



Des alten Capitolij vormalige Herzligkeit




Columna Rostrata. Schifspizen Seule.



Columna Milliaria. Meilen=zeiger.



Obeliscus in Campo Mart Stundzeigen ex obeliscus.




Col: Meta Sudans. Das Schweiszief.



[1]Vestigia porticus [2]Iovis Statoris [3]Ædis Concordiæ [4]Saturni cum Ærario [5]Fori Nervæ, et Boarij. (nunc Campo vaccino.


[1]Zerfallenes Gemäuer von verdeckten Gang [2]Jovis Statoris [3]der beeden Götzenhäuser Concordiæ und Saturni, [4]samt der Geldkamer [5]des Marcks, von Nerva erbaut, des viehmarcks.



Palatium vetus Cæsarum.

Der alte Pallast Röm. Kayser

Circus maximus. Der grosse Rennplatz. VII





Palatij et Circi vestigia. Des Käyserl. Pallasts, und Rennplatzes überbliebenes Gemäuer.


Ioh Meyer fec.



Antonini et Faustinæ templum. Antonini und Faustinæ Tempel.





IMP. CÆS LUCIO SEPTIMIO. M FIL. SEVERO PIO.




S P Q R
IMP CÆSARI·D VI
NERV·F·TRAIANO
AVG GERM DAC PO
MAX

Templum Iani. *Des Jani Götzen-Tempel.*



Domus congregationis publici. *Gemein Versammlungs. Hauß.*



Romuli et Remi Templum. Des Romuli und Remi Tempel.



Vestigia Templi Pacis. Des Frieden=Tempels Anzeig.




Ioh Meyer fecit

Arcus Titi Vespasiani. Kayſ. Titi Veſpaſiani Triumphbogen.





IMP. CÆS. FL. CONSTANTINO
P. F. AUGUSTO. S.P.Q.R.



Amphitheatrum Flavium, vulgò Colossæum.

Kayß. Flavij Vespasiani rundes SchauspielHaus, insgemein Colossæum.



Templum Fortunæ.


Der Glucks Tempel.



Castellum aquæ Martiæ, ejusq; vestigia.   Wasserhauss aquæ Martiæ, und dessen Anzeig.



Sepulchrum Septizonii.   Septizonij Grabmal.





Ioh Meyer fecit.



Joh. von Sandrart delin. Romæ 1660. Joh. Meyer fecit


Sepolchrum Metellorum, vulgò Capo di Bove. — Der Metellorum Grabmal, insgemein Capo di Bove. XX



Aureliani templum Solis. — Kayſ. Aureliani Sonnen Tempel.



Mausoleum Augusti. Käys. Augusti herrliches Grabmal.



et vestigia ejus. und dessen Anzeig.




Colomna Antonini. *Kayſ. Antonini Ehrenſeule.* XXII



Ioh Meyer f.

Pantheon Agrippæ.

Agrippæ aller Götter Tempel, insgemein la Retonda.




Pyramides Egyptiacæ.


Egyptische Pyramiden.



Porta Nævia, aliàs Major, in formis aquæ Claudiæ, cum ichnographia.


Die Stadtpforte, Nævia, sonst die grosse genant, in Gestalt der aquæ Claudiæ; samt dem Grundriss. XXIIII.





Hodie Arx S. Angeli. Heut zu Tag die Engelsburg.





Obeliſci IV. in Eſquiliis, in Vaticano, in Laterano, in in ingreſſu portæ Flaminiæ.

Kegel-ſeulen, auf denen Eſquiliniſchen, Vaticaniſchen, und Lateraniſchen Stadt-bergen, wie auch im Eingang der Flaminiſchen Pforten.

RECENTIS ROMÆ ICHNOGRAPHIA ET HYPSOGRAPHIA SIVE PLANTA ET FACIES AD MAGNIFICENTIAM QVA[illegible] PRIORIBVS ANNIS VRBS IPSA DIRECTA EXCVLTA ET DECORATA EST.




St.i Petri Templum, in Montorio.




St. Peters kirch auf dem Berg Montori.

Ichnographia Palatÿ Caprarolæ. XXVIIII



Grundris des Palasts zu Caprarola.



Des Palasts zu Cap

…externa forma




…pla ausserliche Gestalt.

Scala Palmarum 100. 10 20 30 40 50 100. Scala von 100 Palmen.



Des Palasts zu C




...e innerliche Gestalt.



Des Röm: Rahts und V

tium Campitolÿ

XXXII



s Palast auf dem Capitolio.


Dominorum Conserva



Der Herzen Conserv


5 10 20 30 40

Scala Palm. 40. Scal von Palm. 40.



i Palast auf dem Capitolio.

Pontificis Palatiu[m]




4 8 16 24 32 [illegible]

Scala Palma 40. Scala von 40 Palm.


Der Päbstliche Pal[…]

Monte Quirinali . XXXIIII



uf dem Berg Cauallo.

Interna facies Palatij Pontific



Deß Piebstl: Pallasts auf d

Monte Quirinali . XXXIIII.*




Berg Cauallo Innerliche Gestalt.

5 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100
Scala Palm: 100.




Dessen Innerliche Gestalt.

Ejus interna facies, à Latere.




Innerliche gestalt zur Seiten durchschnid.




Deß

XXXV. **




afts Grundlegung.



Cardinalis Burge
10 20 30 40 50 100
Des Cardinals B
Scala Palmarum 100.
Scala von 100 Palm.

Palatium Romæ. XXXVI



...si Palast zu Rom.

Card: Burgesÿ I



Scala Palm: 100.

Scala von 100. Palm.

Des Cardinals Bur



...i Lustgarten ausser Rom.


Card: Chigÿ I



Des Cardinals C

tium· Romæ.

XXXVIII



i Palast zu Rom.

Principis Alt



Des Prinzen

Palatium.



ltieri Palast


Scal: Palmarum 50 - Scal: von 50. Palmen

Domus Dr




Wohnhaus

Scal: Palm: 30. Scal. von 30 Palmen.




...n Joseph Costa.

Principis Iustini




Prinzen Ji


Palatium XXXVI



…niani Palast.




Deß Prinzen Justiniani Pall



Grundlegung .


Palatij Dni: de Falconier dimidia pars.



Scal: Palm: 50. Scal: von 50 Palmen

Der Herzen Falconier Palast. halber theil.

Palatij Ducis Matthæj dimidia pars.



deß Herzog Mattej Pallast halber theil.




Palatij Dominorum de Falconieri interna facies.



Der H.Hn. von Falconieri Pallasts Innerliche Gestalt.

30 40 50


...n: 50.



Ichnographia Palatij DNN. de Falconieri.


Grundlegung

XXXXII.
***




Pallasts der H. Hln. von Falconieri.

Dm: de Aste Palatium XXXIII



Der Herren von Aste Palast.


Ichnographia Palatÿ



Grundlegung deß Palt


XXXXIII.

N. de Aste.



der HHln. von Aste.

Domus hortensis Ioh: de Rosse. XXXXIIII



Garten Haus Joh: di Rosse. Scal Palm, 20. Scal von 20. Palmen



Cum Grat. et Priu. S.C.M.

St Peters Kirch vorwart

picium in Vaticano. XXXXV



zusehen auf dem Vaticano.

Iohann Franck sculpsit

Sti. Petri Templum



St. Peters Kirch,

tere in Vaticano . XXXXVI



eiten, auf dem Vaticano.




Altare, St: Petri. *Der hohe Altar in S. Peters Kirchen*

Stzelt sc.



XXXXVI**

Ste Petri Cathedra in Vaticano. St. Peters Stuhl im Vatican.



Cum Grat. et Priui. S C M

Pandolfs Castell. B

ia Urbana Castellum Pandolphi

XXXXVII




l. Land=Residenz.

Marchionis Cref



Deß Hn. Marggraf

ty̓ Palatium.




Crescenty̓ Pallast.

5 10 20 30 40 50

Scala Palma: 50



Ichnogr
5 10 20 30 40 50
Scala Palma: 50.
Grundlegun




Crescentinischen Pallasts.

Cardinalis d' E





Dess Cardinal

Palatium.



l' Este Pallasts.


10 20 30 40 50
Scala Palm: 50.
Ichnographia Palatij Cardinalis
Grund Ri



...s Cardinals d' Este Pallast.

Marchionis



Deß Hln Marggraff

erlupi Palatium.. XXXXXI.




Serlupi Pallast

5 10 20 30 40 50

Scala Palma: 50.


Dni . Lancellotti



Deß. Hln Lancellot


alatium .

XXXXII.




Pallast .

Scala Palma : 40 .



Grund Riß deß Lanc





Palatij Lancellottici .

ttischen Pallasts.

Collegium d



Daß Collegium d



Propagandâ fide.

Palatium Domi



Der Herren Sa

um Sacchettorum




ettj Palast.

5 10 20 30 40 50


Scala Palma . 50

Ichnographia Palatÿ



Grund-Riß des Sacche

acchettini. XXXXXVI.



5 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100.
Scala Palmia 100.

schen Palasts.

D N. Verospcori



Herzen

Palatium

XXXXXVII.



ospi Palast.

Scala Palma. 50.



Pamphiliæ villæ Prospectus versus Orientem.



Des Printzen Pamphilij land guts prospect.

H Franck. fc.



Villæ Pamphil, prospectus ac Palatium



Des Prinzen Pamphily land guts Palast .